e-codices

Meuſ uicinuſ meo uiro q liberum prebꝫ locum
Non ecaſtor uiliſ emptus modiuſ q uenit ſaliſ
Alco Uxor huc iam arceſſi in proximum uxorem meã
Que iam ſi arceſſatur dudum ornata expectat domi
Sed eccam opinor arceſſit ſalue cleoſtrata
Et tu alcoſime ubi tua uxor. Al intuſ illa te ſi ſe arceſſas manet
Nam tuuſ uir me orauit ut eam iſtuc ad te adiutum mitterem.
Vin uocem. Cle ſine modo ſi occupata eſt. Al otium eſt
Cle Nihil moror moleſta ei eſſe nolo/ poſt qonuenero.
Alc Non ornatiſ iſtic apud uoſ nuptiaſ. Cle orno & paro
Alc Non ergo opus eſt adiutrice. ſatiſ domus eſt ubi nuptiae
Fuerint: tñ iſtam conuenibo. Cle nũc uale atqꝫ iſtam iube
Alc Quid ego nunc faciam flagitiuꝫ maxumum feci miſer
Propter operam illiuſ hirqui improbi edentuli
Qui hoc mihi contraxit operam uxoriſ pollicear foraſ
Quaſi catille tum flagitium hominiſ qui dixit mihi
Suam uxorem hanc accerſituram ẽe ea ſe eã negat morarier
Atque edepol mirum ni ſubolet iam hoc huic uicinę meae
Verum autem ultro uorſum eã mecum rationem puto
Sed quid eius eſſet mecum poſtulatio. Cle ibo intro
Vt ſubducam nauim rurſum in puluinarium
Iam hic eſt lepide ludificatus miſeri ut feſtinant ſeneſ
Nunc ego illum nihil decrepitum meum uirum ueniat uelim
Vt eum ludificem uiciſſim poſtq̃ huc deluſi alterum
Nam ego aliquid contrahere cupio litigij inter eos duoſ
Sed eccum incedit at quom aſpiciaſ triſtem frugi cenſeas.

ATALINO. CLEOSTRATA.

Stultitia magna eſt mea quidem ſententia hominem amatorem
Vllum ad forum procedere in eum diem quoi qđ amꝫ in mundo ſiꝫ
Sicut ego feci ſtultuſ contriui diem dum adſto aduocatus quoida
Cognato meo. quem hercle ego litem adeo perdidiſſe gaudeo
Ne me nequicq̃ ſibi hodie aduocauerit rogitare oportꝫ
Priuſ conctarier adſit ne ei aĩus necne adſit quem aduocꝫ
Si negat adeſſe exanimatum admittat domum ꝫ uxore ante ędeſ
Eccam ei miſero mihi metuo ne non ſit ſurda atq; haudiuerit
Cle Audiui ecaſtor cũ magno malo tuo. Sta accedam propius

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 72v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/72v)